



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Martiniano Presbytero. 175.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

quin in requiete atque honore esset. Quoniam igitur ipsum ob suam gloriã à morte ad vitam excitaturus esset, collachrymauit his propemodum verbis vtens: Eum qui portũ iam appulerat, rursus ad fluctus & procellas voco: eum, qui iam coronã cõsecutus erat, ad certamina rursus duco.

Eidem. 174.

Cum in vnoquoque penè cõgressu multi de virtute sermones habeantur, parua tamen apud multos eius cura est, magna autem apud paucos. Ceterum omnes, nõ modo ipsius amantes ac studiosi, verum etiam hostes, eam laudibus efferunt. Tanta ipsius pulchritudo est! Improbritatem contra, & hostes & amatores vituperant. Tanta ipsius deformitas est! Verum presentũ voluptate tanquam armis quibusdam instructa, tametsi alioqui belluina forma prædita, eam, quæ diuina pulchritudine fulget, apud plerosque superat. Operetpretium itaque est illud nosse, quod etiam presentũ voluptas, maiorem vim habere videatur, quàm quod in posterum vtilitate allaturum est, at in exitiosum tamen ac pestiferũ finè definit. Quocirca satius ac præstabilius est à laborib⁹ ad requiẽ, quàm à voluptate ad cruciatũ proficisci.

Martiano Presbytero. 175.

Prudentia simplicitate temperata, diuinam quandam rem, hoc est numeris omnibus absolutam virtutem parit. At si altera ab altera seiungatur, illa in peruerfitatem incidit, hæc in stultitiam definit. Etenim illa ad malum aliquod patrandũ apta est: hæc fraudi ac deceptioni pater. Ac propterea diuinum oraculum per vnã imaginem hoc minimè declarauit (neque enim in iis animantibus, quæ ratione carent, prudentia cum simplicitate coniuncta est: verum alia improbitatem, alia simplicitatem consecantur) verum his verbis vsus est, Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Hoc autem non eò spectat, vt serpentis venenum ac

εισελάσαντα, πάλιν ἐπι τὰς τρικυμίας χελάς, τὸν ἤδη σφθένοντα, πάλιν ἐπι τοὺς ἀγῶνας ἀγα-

Τῷ αὐτῷ. 174.

Πολλῶν λόγων γυρομὲν μικροῦ δεινὸν χεῖρ' ἐκάστην συνίσταται περὶ ἀρετῆς, ὀλίγος μὲν αὐτῆς τοῖς πολλοῖς τυγχάνει λόγος, πολὺς δὲ τοῖς ὀλίγοις. Πλὴν πάντες ἢ μόνον οἱ ἐρασταὶ αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτῆς ἀνακηρύττουν. τοσοῦτον ἐστὶν αὐτῆς τὸ χεῖλος. τίς δὲ κακίαν καὶ οἱ ἐχθροὶ καὶ οἱ ἐρασταὶ κακίῃσι. τοσοῦτον ἐστὶν αὐτῆς τὸ ἐπεδέρχθαι, ἀλλὰ τῆ παραπίπτει καὶ ἡδονῇ ὀπλιζομένη, εὐδοκίμει παρὰ πολλοῖς. καὶ τοὶ φημιόμορφος ἔσται, τὴν γέω χεῖλ' ἀγρὰ πείσασαν. χεῖρ' οὐκ εὐδέσθαι, ὅτι εἰ καὶ ἡ παραπίπτει καὶ ἡδονῇ, μείζον δόκει ἰχθυεῖν τοῦ ὑπερον σιωπῆσιντος. ἀλλ' εἰς ὀλέθρον κατασφραγίζει τέλος. ἀμεινον οὐκ εἰς τὸ πόνων εἰς ἀνάπαυσιν ἰέναι, ἢ εἰς τὸ ἡδονῆς εἰς πεινωσίαν.

Μαρτυριῶν ἀρεσσοτέρων. 175.

Ἡ φρόνησις τῆ ἀπλότητι κεραιωμένη, γέροντι χεῖμα. φημι δὲ, ἐπιτελεσάτω ἀρετῶν εἰς ποτελεῖ. εἰ δὲ γὰτέρας γατέρας χεῖρα δέη, ἢ μὲν, εἰς πονηρίαν ἐμπίπτει. ἢ δὲ, εἰς μωρίαν τελευτᾷ. ἢ μὲν γὰρ εἰς τὸ κακοῦργεῖν, ἢ δὲ εἰς τὸ ἀπατάσθαι ἐστὶν ἐπιτηδεῖα. καὶ εἰς τὸ τοῦ θεοῦ χρισμὸς εἰς μῖσος εἰκότος τὸ οὐ παρέσθαι. οὐ γὰρ ἐστὶν ἐν τοῖς ἀλόγοις ζῴοις φρόνησις μετὰ ἀπλότητος. ἀλλὰ τὰ μὲν τίς πονηρίαν, τὰ δὲ τὴν ἀπλότητα μεταδιώκει. ἀλλ' ἔφη, γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ πελιτεραὶ. οὐχ ἵνα τοῖσὲν ὀφθαλμοῖς καὶ πληκτικῶν τῶν ὀφθαλμῶν μμησάμεθα. κακίζονται γὰρ οἱ

Ἰουδαῖοι

Ἰσθᾶοι, ὡς ὄφεις, καὶ γενήματα ἐχιδ-
 νῶν, ὅτι ἴσα τὸ ὑποκρίσθαι καὶ δολεῖν. ἔ-
 γρη καὶ πάντα τὸ παράδειγμα λαμ-
 βάνεται, ἀλλ' ἔκ μέρους, ἐπεὶ οὐκ ἂν
 εἴη τὸ παράδειγμα, ἀλλὰ ταυτέστις.
 ἀλλ' ἵνα τὸν παλαῶν ἄνθρωπον, τετίθη-
 τὼ κακίαν, ὡς ἄρ' ἐβηκεῖα, σποδου-
 σάμεθα καὶ τὴν μὲν πίσιν, ὡς ἄρ' ἐκεί-
 νος τὴν κεφαλὴν φυλάττωμεν. τὸ δὲ
 σῶμα τοῦ, ὀλίγον φρονήζωμεν. τὰ δὲ
 ἄλλα ἐώμεν, καὶ κινῶμεν τούτοις τὴν
 τῆς ἀειτέρας ἀπλότητα, ἔχ' ἵνα τὸ
 ἀπόστολον αὐτῆς σπυμαθώμεθα. ἀφ-
 βάλλεται γὰρ Ἐφραΐμ ὡς ἀειτέρας
 ἄσος, οὐκ ἔχουσα καρδίαν, ἀλλὰ τὸ ἀ-
 φελὲς καὶ σπύνηρον. εἰ δὲ βάλει καὶ δι-
 ἑτέρω τῷ παράδειγματος βαδίζουσι τὸ λό-
 γος, λέων κέκληται ἢ μόνον ὁ Χρῆστος,
 ἀλλὰ καὶ ὁ δίκαιος καὶ ὁ ἀφελὸς.
 ἀλλ' ἔχ' ἵνα τὸν ὡς γὰρ ἔφθην εἰ-
 πῶν οὐ καὶ πάντα λαμβάνεται τὸ ὑ-
 πόδειγμα, ἀλλὰ κατ' ἐκείνου μόνον
 τὸ μέρος τὸ χρησιμῶν τοῖς λεγόμενοις,
 καὶ τὸ λοιπὸν γάρρην εἶτα, ὁ μὲν οὐ
 Χρῆστος καὶ τὸ βασιλικὸν καὶ ἀμαρ-
 ἀναπετῶν γὰρ ἐκείνου ὡς λέων. ὁ δὲ
 δίκαιος καὶ τὸ ἀδελφὸν καὶ ἀφοβόν. δι-
 καιος γὰρ ὡς λέων πέποιθε, ὁ δὲ ἀφ-
 βολος, καὶ τὸ θηριώδες καὶ ἀμβόρον.
 ὡς λέων γὰρ ἀειπατεῖ ζητῶν ἵνα
 καταπίη. εἰ ποῖν ἐξ ἐνὸς ζῶν ἀφ-
 φόρος εἰκόνας ἢ γραφὴν παρέστησε καὶ
 ἔσχηκε τὰ θεώρηματα, ἀλλ' ἐξέ-
 τω τὸ ἀρέπον σπονόμενον, τί θαυμά-
 ζεις εἰ τὴν τῆς πηλῆ εἰκόνα ἔλαβεν ὁ
 Παῦλος, ἔχ' ἵνα τὸ ἀπτεῖς ἔσιον λυμή-
 νηται ὁ παῖς ἀρχὴν σέφανοι, ἀλλ' ἵνα
 μὴ μόνον τὴν σφοδρὰν πειθῶ καὶ ὑπα-
 κοὴν δείξῃ, ἢν δίκαιος ἂν εἴη ἔχειν ὁ
 ἄνθρωπος πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλὰ καὶ
 τὴν λύτην ἰάσηται τῷ ἑπισκῆψαι
 τὸ λῆψαι, τῇ ἀκρεῖα καὶ παντὸς
 ὑπεκείνα καὶ λόγου καὶ ἰσθᾶοι.

percutiendi libidinem imitemur (vitupe-
 rantur enim Iudæi, vt serpentes, & genimi-
 na viperarum) nec rursus vt versutiam ac
 fraudem (neque enim istud exemplū iux-
 ta omnem rationem accipitur, sed ex ali-
 qua duntaxat parte, alioqui exemplum nō
 esset, sed res omnino eadem:) verūm vt
 veterem hominem, hoc est vitium, tanquā
 serpentis pellem, exuamus, atque fidem
 quidem, vt ille caput, custodiamus, corpo-
 ris autem exiguam curam geramus, cæte-
 ra verò missa faciamus atque his colum-
 bæ simplicitatem admisceamus: non vt ip-
 sius stoliditatem exprimamus (traducitur
 enim Ephraim vt stulta columba, non ha-
 bens cor) verūm vt ipsius simplicitatem
 ab omni improbitate remotam imitemur.
 Quòd si ita lubet, per aliud etiam exem-
 plum oratio nostra grassabitur. Leo voca-
 tus est, non modò Christus, sed etiam vir
 iustus, & diabolus : at non eadē ratione.
 (Vt enim antè dixi, non iuxta rationes om-
 nes exemplum vsurpatur, sed iuxta illam
 duntaxat partem, quæ instituto sermōni
 conducit: ac quod reliquum est iubetur
 valere.) Christus quippe ob regiam ampli-
 tudinem, atque inuidiam robur hoc no-
 mine appellatus est. Recumbens enim, in-
 quit, dormiuit vt leo. Iustus autē vir ob in-
 trepidum animum, ac nihil periculi me-
 tuentem. Iustus enim confidit vt leo. Dia-
 bolus denique ob feritatem cruorisque
 forbendi auiditatem. Circuit enim vt leo,
 quærens quæ deuoret. Cū igitur ex vno
 animali varias imagines Scriptura sacra
 exhibuerit, nec tamen propterea specula-
 tiones confundamus, verūm cuique, quod
 ipsi aptum est, tribuamus, quid miraris; si
 Paulus luti imaginem ceperit; non vt vo-
 luntatis humanæ libertatē conuellat, quā
 vtique prædicat, verūm vt non modò in-
 gentem obedientiam, quam vir iustus me-
 ritò ad Deum habere debet, ostendat, sed
 eorum etiam, qui purissimam illam, atque
 & sermonem omnem & cogitationem ex-
 cedentem scientiam infectari non dubi-
 tant, furori medeat.